



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Deiparæ studiosissimi, n. 1 & seqq.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

SANCTOS OMNES, PLEROSQUE ETIAM PRINCIPES
viroς Virginis Deiparæ deuotissimos, ac studiosissimos fuisse,
& nonnullorum exempla, quæ hanc
deuotionem suadent.

CAPUT XXXV.

S V M M A R I U M.

- Sancti aliquot, viri item nonnulli insignes Deiparae & studiosissimi num. 1. & seq.*
S. Nicolaus Miræ Episcopus num. 3.
S. Martinus Episcopus ibid.
S. Gerardus Episcopus in Hungaria, & martyr num. 4.
S. Anno Archiepiscopus Coloniensis ibid.
Carthusianorum Ordo ibid.
S. Bernardus Abbas num. 5.
S. Dominicus, & Ordo Prædicatorum, & de Rosario num. 6. & 7.
S. Franciscus, & Ordo Minorum, & de Corona num. 8. & 9.
S. Antonius de Padua num. 10.
S. Thomas Aquinas num. 11.
S. Bonaventura num. 12.
S. Albertus Carmelita num. 13.
B. Maria de Oegnies ibid.
B. Andreas Carmelita Episcopus Fesulanus numero 14.
S. Catharina Senensis num. 15.
S. Vincentius Ferrerius num. 16.
S. Bernardinus Senensis num. 17.
B. Laurentius Justinianus Patriarcha Venetus.
Dionysius Carthusianus num. 18.
B. Ignatius Loyola, & Societas Iesu numero 19. & sequentibus.
B. Franciscus Xaverius num. 29.
B. Consalvius Sylmeria num. 30.
B. Stanislaus Kostka num. 31.
B. Aloysius Gonzaga num. 32.
S. Carolus Borromeus Cardinalis Archispicopus Mediolanensis num. 33.
B. Philippus Neri fundator Congregationis Oratori num. 34.

SECULARES.

- Constantinus Imperator, & Civitas Constantiopolitana num. 25.*

Nantes Dux Iustiniani Imperatoris ibid.

Ludovicus Pius Imperator num. 36.

S. Henricus Imperator ibid.

S. Stephanus Rex Hungaria num. 37.

Iohannes Commenus Imperator Constantinopolitanus ibidem.

Henricus infans Portugallie, & Indica nauigatio num. 39.



Optimo ad Virginis deuotionem cunctos magno pere permoveare debet, cum Sanctorum omnium virtutum complurium viorum insignium, qui Deiparae studiosissimi, dedicatislimique fuerunt, exempli. De magnis enim Sanctis Deiparam omniveneratione prosequentibus illud Psalm. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuines plebis merito intelligent Athanasius serm. de Dep. Andreas Cret. oratio. 2. de dorm. Damascenus orat. 1. de Nativ. Gregorius Papa II. in Epistol. ad Germanum quæ habetur in 7. Synod. Act. 4. & Ecclesia in missa Annunciationis B. Virgin. hunc Psalmi versiculos eidem accommodat. Et quidem veteris testamenti Patribus Deipara longe ante coelitus est reponens; mysticis etiam figurarum miraculis, varijsque Prophetarum oraculis iam, tum ab ipsis nascientis mundi, initij minime dubijs significationibus à Deo optimo demonstrata est, vt propterea Damascenus lib. 4. de fide capitul. Dam. 15. Deipara, inquit, aue fcula præcognitio Dei consilio prædestinata est, & diversi similitudines, & oracula Prophetarum per Spiritum sanctum figurata, & prædicta prædestinato tempore ex Davidicaradice pullularunt.*

Et primo quidem cum Gen. 2. Deus ad ser. Gen. pentem dixit, *inimicissimas ponam inter te, & mulierem, id de Virgine Deipara prænoscendum esse certum est, ut capit. 22. ostendimus, Hanc etiam, inquit Bernard. sermone Sign. magn. Bern. Sacerdotalis, *virga dum sine radice floruit, hanc**

Didara
multiplici
interpretari.
I. 11.
Maria à
Patribus
uniqua
desiderata
Gen. 49.
1
Sanctum
nus Deo
re puto
figuram.
Psal. 44.
Bernard.
Psal. 51.
Exod. 3.
Psal. 40.
Athos.
And. Cr.
Damasc.
Gregor.
Mojsej.
Binauen.
S. Ignat.
Metod.
Sancti no-
uitate ame-
ti Deipa-
tam mag-
ne cultu-
sunt vene-
rati.
Damasc.
Apostoli.
Deipara
honoran.
obus
z.

hanc Gedonie vellus, dum in medio secca area
maduit: hanc in Exchelia visione Orientalis
Porta, quæ nulli unquam patuit, præsignabat: hanc
denique præcateris i statu nunc Virgam de radice
Iesse oriturum promiscebatur, nunc euidentius Vir-
ginem paritum. Ita Bernar. Hinc factum
est, ut sic à Deo promissa, & Patriarchis, ac
Prophetis præcognita, retroactis seculis, sum-
mis votis ab eis fuerit desiderata: ut non im-
merito Virginis etiam accommodari possit illud ex Gen. 49. Desiderium collum aeternorum:
Nam præter Angelos, quibus, ut dixi ca. 5. ma-
nifestata fuit ab initio creationis eorum, ac
proinde ab Angelis sanctis, qui dicuntur Col-
les aeterni, seu immortales nunquam fæm
habituri, desiderata fuit, ipse quoque Deus ex
Psal. 44, concupiuit speciem eius, ut ca. 5. o-
stendi, & Bernar. epist. 174. eam desideratam
gentibus vocat, & hom. 2. super missus est:
Quam, inquit, aliam requirebat Salomon cum
dicibat, Mulier è forem quis inueniet? & hom. 4.
Expedicam à Iacob eam dicit. & sermo. Sign.
magn. hanc mulierem Virginem parentem
in Rubo ardente significatam admiratur Moy-
ses, & curiosus desiderat intueri: Vadam, in-
quit, & videbo visionem hanc magnam. S. Bo-
nauentur in Litan. B. Virg. eam Matrem mundo
desiderabilem. & S. Ignat. in epist. ad Ioan. V.
niuersis admirandam, & cunctis desiderabilem
affirmant. Ideo Methochius in hypapante
Virg. sic alloquitur: Benedicta tu celeberrima,
& desideratissima. Verum hac de re nos supra
ca. 5. & 17. nonnulla egimus. Nunc ad Sanctos
noui testamenti veniamus, qui erga Deiparam
singulari studio ferebantur, eiulq; præconia
celebravunt. Sanè de SS. Apostolis generatim
Dionys c. 5. de diu. nom. illud memorie pro-
didit, (quemadmodum exponit Damascenus
orat. 2. de dorm.) eos conuenisse ad videndum
corpus Deiparae in eius dormitione, & ut quis-
que idoneus erat, infinitam Dei bonitatē lau-
dasse. Hierotheum quoq; diuino numine af-
flatum post Apostolos diuinum laudatorem
existimatū; affirmat etiam non solum se, &
Timotheum: sed multos etiam ex præcipuis
Apostolorum discipulis ibi ad fuisse, quos om-
nes ad Deum in Deipara laudandum conve-
nisse testatur, hæc ex S. Dionysio.

z. S. Iacobus dictus Maior, Cæsar augustæ
in Hispania Virgini adhuc superfili facellum,
quod à Virgine de Pilari, id est Columna, in
qua Virgo illi apparuerat, nuncupatur excitā-

dum curauit, quod in hunc usque diem magna
pietate, ac frequentia celebratur. S. Iacobus
Apost. dictus frater Domini, quid de sanctissi-
ma Virgine senserit, ex ijs, quæ in sua Liturgia
præscriptis, de quo cap. superiori diximus, sa-
tis apparet. De S. Ioanne Apostolo, cui sin-
gulare erga Virginem obsequium à Christo est
commendatum, nihil attinet dicere. S. Ignatius
matt. auditor Ioannis Apost. magnum erga
Virginem pieratis studium indicat: nam in
epistolis, quas ad S. Ioannem dedit, Virginem
vocat celeste prodigium, & sacratissimum spe-
caculum, & in epist. ad Virginem sic orat eam:
Neophyti, inquit, qui mecum sunt exte, & per te,
& in te confortenur. Harum epistolæ me-
minit S. Bernardus serm. 7. in Psal. 90. & alijs
apud Sextum Senensem lib. 2. Biblioth. san-
ctæ in verbo Maria. S. Irenæus contra hæreses
lib. 3. cap. 33. & lib. 5. ca. 19. cuius verba citauit S. Irenæus.
cap. 17 & 27. aperte ostendit, quam studiosus
fuerit Deipara. De luctuina Virgin. & matt.
quomodo suam virginitatem Deiparae com-
mendans demonem vicerit, quæ & Cypri-
num Magum conuerit, testatur Nazianzenus,
ut dixi cap. 20. qui etiam plura in tragœdia de Nazianz.
Christ. patien. præclara de Virgine loquitur,
quæ in hoc opere interdum reculimus. Ter-
tullianus de præscript. heretic. Beatisimam, Tertull.
ac gloriosissimam eam vocat. S. Cyprian. matt. S. Cypri.
& Lipsi. Carthaginensis præclare de B. Virg.
in leim. de Ch. Nat. loquitur: Nec suscitari, in-
quit, iustitia, ut illud vas electionu, hoc est Vir-
go sanctissima, communibus lassaretur iniurijs,
quoniā pluribus à ceteris differens natura com-
municabat, non culpa, & mōx. Vnde ut in matrī
plenitudo gratia, ut Virgini abundanior gloria
debebat. Non commemorabo verba quibus S. Ancto-
suam erga Virginem pietatem declararunt. Me-
thodius Tyrif. bisp. & mart. in orat. in Dom. beatissimam
hypapantem, Gregorius Thaumaturgus, Atha-
nasius, Basilius in sua Liturgia, Nazianzenus, de ea pra-
Nyssenus, Ambrosius, Ephraem, Epiphanius, clare ali-
Hieronymus, Chrysostomus in sua præsentim qua tradi-
Liturgia, Augustinus, Petrus Chrysologus, derunt.
Cyrillus Alexandrinus, Fulgentius, Sophro-
nijus, Andreas Cretensis, Georgius Nicome-
dienis, Chrysippus, Hesichius, S. Gregorius,
Magnus, Ildefonsus, qui ob Deiparae virgi-
nitatem contra Hæreticos verbo, & libro lu-
culentissimo edito defensam, vestem ad sacri-
ficandum, munus ab eadem Virgine accepit. Ex Maria
teste nostro Ioanne Mariana lib. 6. de reb. na.

Naa 2 hilpan.

hispan. ca. ro. venerabilis Beda, Auctor, ille, qui ob humilitatem, Idiota appellari voluit, verū nihil Idiotæ præter nomen habuit. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, Damascenus, Petrus Damianus, Anselmus, Bernardus, Honorius Augustodænus, Fulbertus Cantuariensis Episcopus, S. Bruno Carthusianorum Institutio, Rupertus Tuitiensis, qui teste Triumphi precibus à Virgine scripturarum scientiam, quam ingenium negaverat, tantam est confectus, ut suo tempore (vixit autem annum à Christo Domino cicerer 1130) sibi similem haberet neminem. Richardus à S. Victore, Cæsarius, Albertus Magnus, Alexander Aleensis, Vincentius Beluacensis, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, Scotus, Franciscus Mayo Doctor illuminatus, Hugo Cardinalis, S. Vincentius Fetterius, Ioan. Gerson, S. Bernardinus Senensis, B. Laurentius Iustinianus, Dionysius Carthusianus, S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, Gabrieł Biel, & alii quam plurimi, quos studio breuitatis omittimus. Hos autem, quos sine suorum locorum, & exemplorum appositione nominauimus, non sine causa vnum in locum compulimus, & tanquam in turbam coniecumus; Cum enim in hoc opere eorum testimonij, seu virtutis exemplis in virginis laudibus explicandis non insinueruntur, sicut fuerint, eadem saepius iterante non sunt operæ pretium, certè ex ijs facile constui potest qua religione, & obseruantia erga Virginem fuerint. satis erit si pauca dumtaxat, eaque lectissima, tum veterum, tum recentiorum erga Virginem exempla pietatis, ac deuotionis expodaam.

S. NICOLAUS EPISCOPVS.

S. Nicolai ^{in Virginē} S. Nicolaus Myræ Episcopus non minus vi-
tae sanctimonias, quam miraculorum glo-
ria celeberrimus, qua pietate erga Virginem
fuerit intelligi facile potest ex eo, quod illi Vir-
go sanctissima singulare benignitate contulisse
dicitur, & à Methodio Patriarcha Constanti-
nopolitano in actis S. Nicolai manu scriptis,
quorum meminit Ioannes Diaconus in vita
eiusdem S. Nicolai apud Lippomanum tom.
Baronius. 5. & Baronius in notis ad martyrologium die
6. Decembri narratur his verbis: Nocte
S. Nicolaus quadam S. Nicolaus iuxta se vidit Saluatoris
Episcopo nostri maiestatem adstare, librumque sibi E-
piscopi mune uangeliorum auro, & gemmis decoratum por-

tigere: ab alio latere sanctam aspicit Deigeni-
tric. in Omophoriam pontificale (pallium n. à Chrysostomus, quo Archiepiscopi uti soient) super ac Deipara humeros sibi ponere. elapsis post modum diebus paucis defuncto Ioanne Myræ Antistite, neas. Nicolaus eiusdem Ciuitatis Episcopus crea-
tur. hæc ibi. Cum verò postea pontificalia adépta illi fuissent, à Deipara restituta fuerint, quod multi Auctores græci, & inter latinos Pe-
trus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. t. Petrus de
cap. 33. ita testatur. Fertur B. Nicolaum iam
Arianum zelo fidei in maxillam percussisse ob faciem, idque à Concilio Mitra, & Pallio priuatum Vnguis extitisse: propter quod vt plurimum sine mi-
stra depingitur, sed dum aliquando missam B. Iuniorum
Virginis, cuius erat deuotus, in pontificalibus mitra di-
celebraret, & priuationem mitra, & pallii de Anglano
fleret quasi zelo nimio fidei ablata, ecce cum
& is videntibus duo Angeli astiterunt, quorum
vns mitram, alius pallium sibi diuinus re-
stituerunt, & ex tunc insignia re affumpsis sibi
cælitus restituta hæc Petrus de Natalibus, Io-
annes vero Studita Monachus, dictus Dama-
scenus, diuersus ab illo celebri Damasco, in
sermonibus, quos de sanctis idiomate Graeco
vulgari conscripsit, testatur à Christo, & Dei,
para Pontificalia S. Nicolao restituta: quia
id quod Petrus de Natalibus gestum narrat in
missa Virginis hic asserit à Virgine ipsa factu
subsequenter hocque, postea quam Pontificalibus
S. Nicolaus priuatus erat, Sane in Imagine
S. Nicolai id significatur, in qua ad eius dexteram Christus Dominus Euangeliorum co-
dicem, ad sinistram vero Dei genitrix pallium
eudem porrigitur, & inter praecilia
S. Nicolai facinora, quæ circa eius imaginem
habentur, id quod in missa ei contingit me-
morauimus, typis expressum cernitur, addito
hoc dystico.

Ob colaphum heretico impactum decora aua
Tare,

Dempta tibi à Patribus Calice Virgo refetti.

Nec illud silebo: cum reuelatio de Virg. Elfinio
Conceptione die 8. Decembr. celebranda ca. Abbatu-
lito facta est Elfinio Abbati Rhemeni in maiori Roma
certissimum naufragium cum socijs timenti Jacobi
(quam reuelationem refert Jacob. de Voragine)
ne in festo Conceptionis Virgin. illamque ci-
tatem Baronius in notis ad martyrologium ad Bernad.
diem 8. Decembr. eiujq; meminit subobscure permutat
Bernat.